Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

israhelite, et quod mortua
esset saul et filij eius, Reli
querunt ciuitates suas, et
fugerunt, venerunteq philis
tim et habitauerunt ibi. Sequen
ti autem die altera philistini ve
nerunt vt expoliarent mor
tuos, et inuenerunt saul
et tres filios suos iacentes
in monte gelboe, et prendent
caput saul, et expoliauerunt
eum armis et miserunt in terra
philistinorum per circuitum, vt a
nunciarent in templo idolorum
et in populis, et posuerunt ar
ma eius in templo astaroth
corpus vero eius suspenderunt
in muro bethsan. Quod cum
audissent habitatores iabes
galaath, quecumq fecerant
philistini saul, surrexerunt
omnes viri fortissimi, et am
bulauerunt tota nocte, et tu
lerunt cadauer saul, et cada
ua filiorum eius de muro
bethsan, venerunteq iabes,
et combusserunt ea ibi, et
tulerunt ossa eorum, et sepe
lierunt in monte nemoris ia
bes, et ieunauerunt septem
diebus.

Explicit Samuel liber
primus Regum.

Factum est autem
postquam mortuus
est saul, vt
dauid reuer
teretur a cede
amalech, et
manserit in si
celech duos dies, In die
autem tertia apparuit homo ve
niens de castris saul veste
conscissa, et puluis asperso
capiti, Et vt venit ad da
uid, cecidit super faciem suam
et adorauit. Dixitq ei
dauid, Vnde venis
Qui ait ad eum, De castris
israel fugi. Et dixit ad eum
dauid, Quod est verbum
quod factum est, Indica mihi.
Qui ait, Fugit populus ex pre
lio, et multi corruerunt ex
populis mortui sunt, et saul
et ionathan filius eius mortui
sunt. Dixitq dauid ad
adolescentem qui nunciabat
ei, Vnde scis quod mortuus
est saul et ionathan filius
eius. Et ait adolescens qui
nunciabat ei, Casu veni
in monte gelboe, et saul
innitebatur super hastam suam,
Porro currus et equites
appropinquabant ei. Et quem
cum post tergum suum vidisset
me vocauit. Qui cum respexisset
dixit mihi. Quis
nam es tu. Et aio ei,
Amalechites sum. Et locutus
est mihi, Sta super me et
interfice me, quoniam tenet
me angustia, et adhuc
tota anima mea in me est.
Stansq super eum occidi eum,